

Non incōmode coniungitur pro
 lationi augmentatio, siquidem
 communibus ac iisdem vtuntur
 signis & notis, tamen id liberius fit in
 illa, quam in hac, In hac quidem, circa
 vnam tantum cantilenę partem, in illa
 circa omnes, valetq; istic \diamond . perfecta
 aut tres \diamond . tactum | proporcionatum,
 Hic vero quælibet \diamond . integro mensura
 tur tactu. \diamond . perfecta tribus, Vnde li
 quet, nihil aliud esse augmentationem,
 quam notularum multiplicationem, Et
 innuitur extrinsecus his signis. \odot . \odot .
 Intrinsecus vero, vel notularum pauci
 tate in vna aliqua cantilenę parte, vel
 Canonis ascriptiōe, vt, breuis sit maxi
 ma, semibreuis longa &c. vel, crescit
 in duplo, triplo. &c.

EXEMPLVM.



TENOR augmentationis.